Unde & nos qui explanare conamur. & prudens
simul lector attendat. Ut si non ueritate quod
difficillimum est. saltim suspicionem ueri simi
lium inuestigare ualeamur. Hanc hab& con
suetudinem sermo diuinus ut per tropologiã.
& metaphoram historiae exprimat ueritatē.
Igitur ephraim similis est uaccae uel uitulae
quae a iuuentute sua didicit aream terere & fer
reos orbis super aceruos seg&um trahere. ut
paleae a tritico separentur. & non solum didicit.
uerum nimia consuetudine coepit amare quod
ducta est. & ego inquit transiui super pulchri
tudinem colli eius. uerbum ebraicum habarthi.
id est transiui. maxime quando ad dō dicitur semp
plagas & aduersa significat. Deniq· & extermina
tor in aegypto transisse memoratur. Quia ergo
ephraim uacca uel uitula diligit aream terere.
ego inquit transiui super pulchritudinem colli
eius & tumentes ceruicum toros iugo imposito
edomui. Quid memorem legis iugum ipse ascendit
super eam & me ita labore laborante iudas hoc ē
duae tribus coeperunt arua scindere uomere
& in sulcos terram declinare. Portante autem
iugum ephraim & arante iuda confregit sibi
sulcos iacob. hic iacob ad distinctionem israhelis
& iudae duodecim tribus intellegamus. quod
coeperint rastris glebas frangere. terramque
comminuere. ut emollita recipiat sementem
& fecunda post modicum segis pullul&. Pro
tritura uel area contentione lxx transtulerunt.
& est sensus. quia ephraim non uult legis iugū
recipere. ego transibo & ascendam super pulchritu
dinem colli eius ut discat contentiosa uacca atque
lasciuiens laborare quod non uult. Iudas autem
arauit sponte sua. quia hab& templum & moratē
in lege uitto tae certatim xii tribus arua ppa
rent ad serendum. Quodq· sequitur iuxta eos
dem lxx· super ponam ephraim. & reticebo iudam.
roborabitur sibi iacob. hic esse sensus potest.
ephraim qui contentiosus est & non uult legis
onera portare. imponam captiuitatē. iudam
autem parumper relinquam & nihil loquar adeo.
Quicumq· autem tam de ephraim quam de iuda
mea precepta seruauerit roborabitur sibi & uo
cabitur iacob. secundum ΑΝΑΓΩΓΗΝ hoc dici
potest. quod ephraim qui eruditus fuit lege dī.
ut terer& aream scripturarum & meditar&ur
in ea die ac nocte cepit diligere contentionem.
& iugum legis abicere & contendere contra eccle
siasticos in subuersionem audientium. Unde dn̄s
eleuatam ceruicem & sibi sublimia promittentem.
uel iugo praemit. uel ipse transiens calcauit pedibus
suis. & ascendit super eum. ut sciat habere se dn̄m.
Iudas autem hoc est ecclesiasticus arabit incepto
opere perseuerans. si uere ticebo inquit iuda.
Non enim sani indigent medico. sed hi qui male
se habent. Iacob uero qui interpr&atur supplan
tator & cotidie supplantat uitia atq· peccata.
& accipit primitiua fratris sui. & heres paterne
possessionis est. & dormit in bethel quod inter
pr&atur domus dī. sulcos glebasq· confring&.
ut mollis in uia lactata sementem terra suscipiat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0096